Gre. sup. eze. dicit quod illi qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant in bonis que faciunt sacrificium offerunt: quia aliquid deo immolant et aliquid sibi reservant. qui vero nihil sibi reservant offerunt holocaustum quod est maius sacrificium. etc. Unde Hier. contra iulianum dicit. quod aut asseris eos melius facere qui utuntur rebus suis et paulatim fructus possessionum pauperibus dividunt: non a me eis sed a deo respondetur: si vis perfectus esse vade et vende omnia etc.

Ite in li. de ecclesiasticis dogmatibus contra vigilantium. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequendi dnm insimul donare et absolutum sollicitudine agere cum Christo etc.

Tho. in quolibeto 3. ar. 16. dicit Ille qui non dum religionem intravit si videat patrem suum in magna necessitate cum per alium subveniri non possit non debet religionem intrare. sed tenetur ministrare parentibus. Post quam vero aliquis iam est

in religione professus: est mortuus mundo: unde per spiritualem mortem deobligatur a cura impendenda parentibus: sicut et deobligaretur per mortem temporalem sive corporalem: et ideo non peccat nec contra preceptum dei agit si in claustro remaneat sub precepto prelati: parentum ministratione pretermissa. Debet tamen quantum potest salva ordinis sui obedientia satagere ut per se vel per alium suis parentibus subveniatur: si in necessitate fuerint constituti.

XX · Instrumentum (A seculi actibus se facere alienum) Apostolus ad Timotheum ij. Nemo militans etc.

Seneca. omnia impedimenta dimitte, vaca bone menti, nemo ad illam pervenit occupatus.

Hieronymus. Ju si monachus esse vis, non videri, habeto curam non rei familiaris cui renunciando hec esse cepisti, sed anime tue, monachum non loquendo et discurrendo sed tacendo et sedendo quisque te noverit. Angelus ad arsenium fuge, tace, et quiesce, hec sunt radices non peccandi. Ugo de duodecim abusionibus.

In decreto. Dis. 88. Decrevit sancta sinodus nullum deinceps clericum aut possessione conducere aut negotiis secularibus se permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorum aut viduarum. etc. eadem autem ratio est de religiosis etc.

Apostolus. Nolite diligere mundum nec ea que in mundo sunt: siquis diligit mundum. Jo. ij. non est charitas patris in eo. Chrysostomus. Unum cor duos sibi adversarios amores non capit. sicut dilectio dei est fons omnium virtutum, ita dilectio mundi omnium vitiorum.

Gregorius. Cum omnis fortuna timenda sit magis timenda est prospera quam adversa: hec enim saeviendo erudit, illa blandiendo seducit. etc.

Abundantia temporalium et dei oblivio frequenter se comitantur etc.

Gregorius. vita presens laboribus plena est. cum luctu agitur et cum lachrymis amittitur. Non sunt sine cruciatu quo amore spinas deliciarum complectuntur. ecclesiastici. ij. dicitur de avaro. cuncti dies eius doloribus et erumnis pleni sunt, nec per noctem nec per diem requiescit. etc.

Augustinus. curre per singula et invenies tot esse tormenta quot vitia.

Seneca. Non tantum corpori sed et moribus locum salubrem eligere debemus. etc.

XXI · (Nihil amori dei preponere) Augustinus. si aliquid diligendo vel preponimus vel equamus deo nos diligere nescimus. etc.

XXII · (iram non perficere) Augustinus. Irasci hominis est. et iram non perficere christiani. etc.

Ira aũt qs ꝑficere dicit cũ liuore uindictę, ad contumelias ad conuitia et
ad alia inferenda nocumenta proximo ꝑgredit.

Tho. 2a, 2e. Ira proprie nominat quandam passionem, passio autem appetitus sensitiui, intantũ ẽ bona inquantũ ratione regulat. Vñ Ecclastes. Melior ẽ. ira risu. Glo. i. contra uitia. et c.

Proue. 18. Spiritum ad irascendũ facilem sustinere qs poterit. et 22. Noli eẽ amicus hoĩ iracundo. Ecclasti. 2. Ve his q perdiderunt sustinentiam. etc

Proue. 12. Fatuus statim indicat iram suam. Glo. Natura irę ẽ. ut prolata magis feruescat, occulta languescat.

Chrisostomus. Cũ contristauerit qs te excogita quę tu peccasti in deũ, et c.

Seneca. Quid seruo qd dño, qd regi qd clienti irasceris. expecta paululum et ueni ecce mors quę nos pares faciet et c.

XXIII Iracundus ẽ ille q crebro hac passione superat.

Pro. Ne dicas reddam malũ pro malo, expecta Dñm et liberabit te. Glo. qui suas mult hiĩc uindicare iniurias corona patientię in futuro carebit.

XXIIII. Dolũ in corde nõ tenere) Aug. Habeto simplicitatẽ columbę, ne cuiq machineris dolos, et serpentis astutiã, ne cuiuscumq supplantentis insidiis. etc

25. pacẽ falsam non dare) Psal. Loquunt pacẽ cũ proximo suo; mala aũt i corde. Hiere. 9. In ore suo pacẽ cũ amico loquit: et in occulto ponat insidias.

Aug. in li. de uerbis dni, pax ẽ serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris uinculũ, consortiũ charitatis. Hęc ẽ. quę simultates tollit, bella compescit, cõprimit iras, supbos calcat, humiles amat, discordias sedat, inimicos concordat, cunctis ẽ. placida, nõ quęrit alienũ, nihil reputat suũ, docet amare quę odisse nõ nouit, ne scit extolli, ne scit inflari. et c.

26. Charitatem non relinquere) Aug. Caritas inter opprobria secura est inter odia benifica, inter iras placida, inter insidias innocens, i iniqtate gemens, in ueritate respirans, propter qd dicit Apls. Sup oĩa charitatem habere quę ẽ uinculum ꝑfectionis. Colo. iij.

27. Non iurare ne forte periuret) Exo. Nõ assumes nomẽ dei tui in uanũ. seqt. Nec habebit insontem Dñs eum q assumpserit nomẽ dei sui frustra.

28. Veritatẽ ex corde et ore ꝑferre) Aug. De uera religione dicit q ueritas est

forma oium que sunt. Na neq fides, neq spes neq charitas valent sine veritate: vera aut fides, vera spes, et vera charitas et no ficta valet cora deo. etc. Pro. 6. proferente mendaciu odit Deus. Et Ecclasti. 25. Tres species odivit anima mea. pauperé supbu, divité mendacem et sené fatuum. et c.

29. Malum p malo no reddere) Levi. 19. Non queras ultioné nec memor eris iniurie civium tuorum. 30. Iniuria no facere)

30 Gregorius. Imitatione dei gloriosius é iniuria tacendo sustinere q reddendo supare. et c. Seculares fugientes ad domu religiosam securi sunt q ro magis ipsi habitatores loci sacri cavere debent ne sibi adinvice noceant.

Aug. Nihil Deo dignius vel carius esse pot: q ut innocentia tota intentione ac observatione teneat. et c.

Anselmus. si hic peccati pudoré et illic cernere inferni horroré et necessario haberé uni eoru immergi, prius me in infernu immergerem q peccatu in me immittere. Malle n. et purus a peccato et inocens gehenam intrare, q sorde pollutus celoru regna tenere, cu constet solos malos in inferno torqueri, et solos bonos in celi beatitudine foveri.

·31· Iniurias patienter sufferre) Greg. Miles dei scutum patientie debet anteferre ne pereat, et ad preliandu p arcu amoris inferre iacula et vincat. Idé. patientia é aliena equanimiter pferre et contra eum q irrogat mala nullo animi dolore mordere. et c.

Apts Ad hebr. 12. Recogitate eu q talé sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictioné ut non fatigemini animis vestris deficientes.

Ovidius. Leniter ex merito quicqd patiare ferendu é, que venit indigne pena dolenda venit.

Gre. Tunc illata vitia bene toleramus, cu in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus.

Isido. de summo bono. Qui vite future premia diligenter cogitat mala oia psentis vite equanimiter portat, qa ex illius dulcedine huius amaritudiné, et ex eternitate illius brevitaté huius despicit transitoriam. et c.

Ricar. sup apoc. Quicqd mali ingruit patienter sustine. Tollerantia naq transitoria é corona eterna, pugna modica, merces magna, penalitatis gla inestimabilis.

Pro· 19· Doctrina viri p patientiam noscitur. Glo· Tanto quisq minus ostenditur
doctus quanto minus patiens invenitur·
Poeta· Maxima virtutum patientia pugnat inermis, Armatosq solet
vincere sepe viros·
Criso· Nihil ita confusionem facit ingerenti mala sicut fortis tollerantia patientis·
Pro· 16· Melior é. patiens viro forti, et q dominatur aio suo, expugnatore urbium·
Seneca· Innumerabiles sunt qui populos q urbes habuerunt in potestate, pa
ucissimi q se·
In alijs beatitudinibus regnum celorum datur in promissione futuri, patientibus
datur de presenti, Beati etc· qm ipsorum est regnum celorum· Matthe· v·
32· Inimicos diligere) Aug· Ad dilectionem inimicorum nos moneo qa ad sanonda
Math· 5· peccatorum vulnera nullum medicamentum utilius ee cognosco, Item Magnifice
ntissime bonitatis é ut tuum quoq inimicum diligas, et q tibi malum vult et
Luc· 6· si pot facit, tu semper bonum velis atq facias cui possis· Idem Quanta gratia
p nos servi digni non sumus, et inimicorum dilectione filij dei efficimur·
Criso· sup mat· Nihil é q sic similem deo efficiat, ut malignis atq ledentibus
ee placabilem· et cetera·
Ad· Ro· 12 Apls· si esurierit inimicus tuus ciba illum etc· sic n carbones congeres sup
caput eius· Criso· sustine ad tempus inimicum tuum et benefac ei, post
33 modum aut victum tuum· etc (maledicentem se nó remaledicere sed etc·
Si deus differt vindicare iniuriam suam et nó é ei dedecus, nó erit tibi de
decus imo honor si exemplo dni non vis vindicare te ipsum· Ecclesiastici
23· Gloria magna é sequi dnm· Item Pro· 20· Honor est homini q sepa
34 rat se a contentionibus· (psecutionem p iustitia sustinere)
Mat· 5· Regnum celorum vim patitur etc· Hier· no· n· p patientiam hoc impletur etc
vn patientes psecutionem quasi quandam vim rapiunt regnum·
Aug· in psona dni· Venale habeo, qd dicis? regnum celorum: quo emitur?
in paupertate regnum, dolore gaudium, Labore requies, vilitate gloria, mor
te vita· etc· Ro· 8· Coheredes aut chri: si tn compatimur ut simul
et glorificemur· Thi· 2· Si commortui sumus et conviuemus, si sustinemus et có
regnabimus· 2a Cori· 1· sicut socij passionum estis sic eritis et consolatio
nis· etc Propter iustitiam q consuevit p ei virtute animi ponere· etc

35· Nō ēē supbū, q n. uult supgredi quod ē. supbus ē. Anselmus. Supbia uocatr
eo quod sup q̄ debeat gradit. Ber. quadruplex ē. supbia s3 cordis, oris, opis,
et habitus. Gre. quatuor sunt species supbię et c. quę max in religiosis cla/
ustralib reperiunt. pa ē. eoū qui sapientes se credent. Dequib. Ber. Supbia
q̄rū mis prudens uidet ēē, dimittenda ē. et abijcienda. Si n. dimittit su/
pbus, prima die qua incipit habitare, incipit leges dare. pro. ab. uidisti. et c.
Greg. Supba mens ad ea quę non appetit nullis exhortationib flectit:
ad ea uero quę appetit sponte quęrit cogi.
Ber. Nouiciū prudentē, insipientē sapientem diu in cella consistere posse
impossibile ē. · Et duodecim sunt gradus supbię.
·1· Ber. Si uideris monachū oculis uagari, caput erectū habere, aures ha/
bere suspensas, ex motib exterioris hominis interiorē hominē ēē muta/ Curiositas
tum cognoscas.
2o. Leuitas. Ber. Monachus n. q sui negligens alios curiose circumspicit. et c.
Inde fit q mobilitate oculoꝝ Leuigatus animus nulla utroq cura sui
aggrauatus, modo p supbiā ad alta se erigit, modo p inuidiam ad
ima demergit: in altero nequā in altero uanus, in utroq supbus. et c.
3o. Inepta Letitia. Ber. Sunt insignis Leuitas, in fronte hylaritas, in incessu
uanitas, in ioco facilitas, et in risu pnitas.
4o. Jactantia. Ber. Esurit et sitit auditores qb suas iactet uanitates inuenta
aut occasione loquendi, si sermo de litteris exorit uetera proferunt et no/
ua, uolant snię, uerba resonant ampulosa, pręuenit interrogantem,
nonquęrenti respondent; ipse quęrit, ipse soluit, et uerba collocutoris imp/
fecta prescindit. Si de religione agit, statim uisiones et somnia pferunt
laudat ieiunia, comendat uigilias, sup oia orationes exaltat. De peni/
entia de humilitate de ceteris uirtutib plenissime disputat: ut si audi/
eris dicas, ex abundantia cordis os loqr. Si ad lubrica sermo conuerti/
tur in his quanto assuetior tanto loquatior inuenit. ut dicas si au/
dieris os eius riuū ēē uanitatis, fluuium scurrilitatis: ut seueros quosq
et graues animos in leuitatem concitet risus. et c.
5o. Singularitas. Ber. Turpe n. ē ei q se supra ceteros iactat sinō plus cete/
ris aliqd agat p quod ultra ceteros appareat: ut dicē ualeat. nō sū sicut ceteri. et c.

6 · Arrogantia · Ber · quicqd de se laudari agnouerit, non ignorantiç aut beni/uolentiç laudantis sed suis meritis arrogantur ascribet · et cetera ·

7 · Presumptio · Ber · primus in conuentib[us] resider, in consilijs primus respóder non uocatus accedit, nó missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta · et cetera arbitrans se nó in minorib[us] occupandú q se ad maiora idoneú sentit

8 · Defensio peccatorum · Ber · Si argutus fuerit, declinare cor eius uidens inuer/ba malicię · et cetera · si aut de illa sicut adá uel eua conuincit[ur], aliena suasione et cetera

9 · Simulata confessio · Ber · Sunt non nulli cú de apertioub[us] arguunt[ur] scientes q si se defenderent non sibi crederet[ur], subtilius inueniunt argumentú de/fensionis uerba respondentes confessionis dolose · Et quippe qui nequiter se humiliat, uultus demittit[ur], corpus prosternit[ur], aliquas sibi lachrymas extorquent, si possunt uerba gemitib[us] voces suspirijs interrumpunt sed simulatio ista cito deprenditur · Vasa .n. figula probat fornax et tribu/bulatio conscientiam uere penitentis discernit · Ná q ueraciter penitet laboré penitentiç nó exhorret · Sed qcqd sibi p culpa quá odit iniun/git[ur] patienter amplectit[ur] · Cuius u[ero] simulata confessio ē · una uel leui commmelia aut exigua pena interrogatus iam humilitaté simulare iam simulatá dissimulare nó pōt · murmurat frendet et irascit[ur] ·

· 10 · Rebellio · Ber · q prius latenter arrogans fratres contépserat, iam patenter inobediens et magistrú contemnit ·

· 11 · Libertas peccandi · p quá monachus nec magistrú nec prelatú nec fra/tres timet nec reueret[ur]: quanto securius tanto liberius sua desideria im/plere delectat[ur].

· 12 · Consuetudo peccandi, Ber · quia terribili dei iudicio, post quam prima flagitia impunitas seq[uitu]r experta uoluptas libenter repetit[ur]: repetita blandit[ur]: có cupiscentia reminiscente sopit[ur] rō: ligat consuetudo trahit[ur] captiuus in profundum malorú · et cetera ·

Greg · sicut humilitas oía uitia eneruat ómesq[ue] uirtutes colligit et roborat sic superbia oés uirtutes desiccat et eneruat

Poeta · si tibi gratia: si sapientia formaq[ue] det[ur]: Inquinat egregios adiú/cta superbia mores ·

Ber · fugite superbiá fratres mei quia tam uelociter ipsú quoq[ue] cunctis sideribus

clarius emicantē eterna caligine obtenebravit Luciferū: que nō solū ange/
lum sed angelorū primū in diabolū commutavit. et c.

Remedia contra superbiā. Consideratio humane nihilitatis, Ber. vide unde
venens et erubesce, ubi es et ingemisce, quo vadis et contremisce. et c.
a°. consideratio propriorū defectuū et vitiorū. 3°. consideratio aliorū vir
tutū. quib^s caremus. 4^m. consideratio incertitudinis valoris opū nrom.
Gre. sordet interdū in oculis iudicis qd fulget in oculis auctoris. et c.
5^m. Consideratio paupertatis nře q nihil habem̄ pprium. Gre. et Aplus qd
habes quod nō accepisti: si accepisti qd gloriaris. et c. 6. Consideratio bre/
vitatis glorie huius seculi. 7. consideratio gravitatis curarū et anxie/
tatū qbus superbus premit^r. 8. Consideratio conversationis et passionis
Chri. 9. Consideratio divine comminationis. Esaie. 28. ve corone superbie flo/
ri decidenti. 10. Consideratio casus eorū q pp superbie vitium deiecti et
damnati sunt. Greg. Consideret hō qd elatus in terra mereat^r, si et pre/
latus angelus in celo prosternit^r. et c.

.36. Instrumentū (Nō eē vinolentū) prover. 23. Cui ve nisi his q cōmorantur
in vino et student calicib^s epotandis.

Ambro. Ebriosus confundit naturā, amittit gratiam, perdit gloriam
invenit dānationē eternā. Ecclasti. 31. vinū multū potatū irritati/
onē et irā et ruinas multas facit. et c.

37. Nō eē multū edacē) Seneca. Potest nřa providentia huic corpusculo lō/
giorē prolongare morā, si voluptates qb^s maior pars periit potuerim^s
regere, et coercere. et c.

Glo. Mor. 4. Diabolus victus de gula nō temptat de luxuria.
Hier. In oīb^s exhibe te sobriū, ut te sobrietas exhibeat purum. et c.
Dñs. Attendite aūt vobis ne forte gravent^r corda vřa crapula et ebrietate.
Glo. ne lumina mentis vestre gravent^r. et c.
Job. Sapientia non invenit^r in terra suaviter viventium. Seneca. Quos/
dā ventri obedientes loco numerem^s animaliū nō hominū et c.

.38. Non eē somnolentū) Aug. Indecens ē christiano si radius solis eū sanū
in lecto inveniat; Ambro. Grave ē si te ociosum in strato sol oriens i
verecundo pudore inveniat, et lux clara feriat oculos somnolento adhuc
corpore.

Pro. 24. Usqquo piger dormis qn de somno cosurges? veniet tibi quasi cursor
egestas et mendicitas quasi vir armatus.
39. Non ee pigru) pigritia e. torditas cordis metu consequentis laboris. et
Pro. 10. Sicut acetum dentib' et fumus oculis, sic piger his q miserunt eum.
Ite 22°. Vidisti homine veloce in opere suo, cora regib' stabit.
Ber. Tepescim' pcessu temporis a fervore nre conversationis, paulatim
refrigescit charitas abundat iniquitas. Et heu cosummamur in car-
ne qui spiritu ceperamus.
Gre. Nemo in hui' vite itinere torpeat, ne i patria locu perdat. et
40. No ee murmurosum) Murmuratio aut videt' ee oblocutio indebita cotra
factu vel dictu alienis facta.
Gre. Si recta deo placere scimus pati aut nulla .n. que deo placent possu-
mus, iusta aut sunt cuncta que patimur. Et valde iniustu e. si de iusta
passione murmuramus. Amos. no e. malu in civitate qd deus no fecerit.
Pro. 3°. Disciplina dni ne abiicias, ne deficias cu ab eo corriperis. quem
.n. diligit deus corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. Unde
Glo. Tanto q minus de flagello quo castigamur murmurare debem' qto cer-
tius in eo paterne dilectionis pignus tenemus. na ipse ait. Ego quos amo
corrigo et castigo. etc. Qui aut murmurat contra potestatem murmu-
rat cotra deum. Gre. qui .n. cotra suprapositam sibi potestatem murmu-
rat liquet q eu redarguit q eade potestate homini dedit. numeri. 16.
41. No ee detractorem) Hugo de s. victore. Detractio e. locutio ex invidia pcedes
bona aliorum denigrans. et Anselmus. Detractio e. quociescuq aliqs de ali-
quo ea intentione aliqd dicit ut ipe minus amari vel min' appreciari pos-
sit. etc. Detractor .n. ledere nitit' fama et inficere honore hominis: i hoc
pegior quocuq fure. na melius e. bonu nome qm divitie multe.
Ber. sup. cantica. Unus e q loquit' et unu tm verbu pfert, et tn illud unu
verbum uno in momento multitudinis audientiu du aures transfigit aias
42. interficit. etc. (Spem suam deo comittere.) Ecclesiasti. 2°. nullus speravit i dno
et confusus e. Iere. 17. Beatus vir q sperat i dno etc. Aug. sup. psal. 70. Tota
spes nostra in deo sit Nihil qde de nobis tanqm de nris virtutib'. i. viribus presu-
mam' ne nra faciendes quod ab illo e. et quod accepim' amittamus etc.

Pro . ij qui confidunt in diuitijs conuer . Jere . 17 . Maledictus q cófidit í hóie

43 . Bonum aliqd in se cú uiderit Deo applicet nó sibi, malú ũsemp a se fac-
tú sciá et sibi imputet .) Aug . De libero arbitrio et gratia, ait, Dona sua co-
ronat deus : nó merita nra . Malú et c . prophe . perditio tua ex te israel
Glo . Tu ipse es cá tuę pditionis : tantúmodo ex me auxiliú tuú . osee . 13 .
Ber . oportet gloriosú eé hominé et deuotú : q pcepta gratię munera manere
sibi desidera et multiplicari .
Crisostom . Admoneo uos ut dnm semp benedicatis siuenerit mala benedici-
te et dissoluent mala : si psp̄era uenerit benedicite et pseuerabunt . et c
Cassiodorus . Jugiter sibi conuenire facit cui collatú beneficiú an oculos seq assistit . et c

44 . Diem iudicij timere) Hier . Ecce de cęlo tuba canit : ecce de cęlo cú militibs
debellaturus orbé : imperator summus armatus egredit . Jté siue come-
dá siue bibá siue quecūq aliud faciá semp in aure mea uidet sonare
illa uox : O uos mortui surgite et concurrite ad iudicium . et c
Criso . sup Math . Jn illa die nihil é . quod respondeamus ubi celú et terra aq
et sol et luna dies et noctes et mundus totus stabit ad uersus nos in
testimoniú peccatorq
Ber . Sicut non peribit capillus de capite ita nec momento de tempore
de quo ratio nó queratur . et . Anselm . Exiget a te usq ad ictú oculi oé tps .
Gre . Quę mens erit hóinis : ęterni iudicis sententiam nó formidantis ?
Jbi eni tunc cúcta simul peccata an oculos redeunt : ibi oía quę cú
delectatione acta sunt ad memoriá cú pauore reuocant . et c
Criso . ibi nó erit resistendi uirtus nec penitentię locus : nec defensio-
nis tempus : nec fugiendi facultas : nec latendi possibilitas : nec ap-
parendi securitas : nec satisfaciendi utilitas . Jbi preterea nulla sanc-
torú orationibs suffragia expectabunt : qa nullus eorú compatietur
miserię damnatorú . et c .

45 . Gehenná expauescere) Gre . Tanta é uis doloris q mens ad aliud di-
rigi nó poterit nisi ad quod uis doloris impellit . Jté . Erit in inferno
frigus insupabile, ignis inextinguibilis, uermis immortalis, fetor intole-
rabilis, tenebrę palpabiles, flagella cedentiú, horrenda uisio demonú, có-
fusio peccatorú, Desperatio omniú bonorú . et c .

Aug. ve illis quibus portabitur dolor vermium: ardor flamme: sitis sine potu: fletus et
stridor dentium: oculorum lachryme: tenebre exteriores sine luce: pena in-
extinguibilis: ubi nullus est amor seu cognitio christi, sive proximi: sed continu-
us dolor et gemitus: ubi mors optabitur sed non dabitur: ubi non est honor se-
nioris et regis: nec dominus sui servum: nec mater diligit filium: nec
filius honorat patrem: ibi omne malum: omnis indignatio et fetor et ama-
ritudo abundat. etc.

Jest. Pene enim presentis seculi sunt meritorie et purgatorie: Pene vero pur-
gatorij sunt purgatorie sed non meritorie: Pene inferni nec purga-
torie nec meritorie sunt sed afflictive tantum. etc.

Aug. In inferno si erit tumultus penitudinis: nulla erit correctio vo-
luntatis: a quibus ita culpatur iniquitas ut nullatenus possit desiderari
Justitia. Ber. frustra ibi flebunt peccatores quia nunquam a tali separabuntur
consortio. Vhe vhe cui hec experienda sunt prius quam credenda: cuius
vita mortua fugit in culpa et mors vivet in pena: vhe qui hec
ridenda nunc deputant in posterum lugenda. etc.

4 6 Vitam eternam desiderate) Aug. Tunc vere vivam quando nihil potero timere
ne moriar. Idem, Vitam eternam ex omnibus precordijs fratres amare, ubi iam
nulla erit tristitia etc.

fulgebunt enim Justi sicut sol etc.) Criso. non quia ita solum sicut sol, sed quia hoc
sydere aliud maius luculentium non noscimus: cognitis nobis utitur exemplis.
Aug. qualis putatis tunc erit splendor animarum quando solis claritatem habebit
lux corporum. Idem in li. de libero arbitrio. Tanta est pulchritudo iustitie:
tanta iocunditas lucis eterne hoc est incomutabilis veritatis atque sapientie
ut et si non liceret in ea amplius vivere quam unius diei hora: propter hoc
solum innumerabiles anni huius vite pleni delitijs et circumfluentia tempo-
ralium bonorum recte meritoque contemnerentur. etc. Item.

Aug. Beata vita est amor et perfecta notitia trinitatis. Ipsa enim summum bonum
ineffabile gaudium: serena letitia, purum perfectum et infinitum oblectamentum.
Anselmus. Si enim singula bona delectabilia sunt: cogita intente anima mea quantum
delectabile sit illud bonum et quale quod continet iocunditatem omnium bonorum.
Non quale in creaturis bonis sumus experti: sed tanto differenter quanto dif-

fecit creatori a creatura · et cetera · Si multe et magne sunt delectationes in re bus delectabilibus: qualis et quanta delectatio in illo qui fecit ipsa delectabilia. Aug. In illa vita gaudium sempiternum ubi incorruptibilis et incomparabilis delectatio et cetera. Idem · li · 12 · sup. genesim: Cum ad illam regionem venitur ubi sine ulla corporis similitudine perspicua veritas cernitur nullis opinionum falsarum nebulis offuscantur.

Prosper · li · De vita contemplativa: Singulis tunc parebunt singulorum mentes: sicut nunc oculis corporalibus subiacent facies corporales · et cetera. Ipsos et oculos corporales nihil latebit creature visibilis. Greg. quis non videbit qui videntem omnia videbit · Idem · Que lingua dicere aut quis intellectus capere sufficit superne felicitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse: cum beatis spiritibus in gloria semper assistere: presente dei vultum cernere: incircumscriptum lumen videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetuo munere letari.

Gre · Job · 8 · Sicut in illa eterna patria iustorum mens in exultatione rapitur: ita lingua in canticum laudis elevatur.

Consideratio · prima · quod illa sola est vera vita cum sit eterna · 2a · quod in illa possidetur sanitas sine infirmitate · / 3a · / quod in eadem est pulchritudo sine aliqua deformitate · 4a · quod in eadem est copia omnium bonorum · 5a · quod in eadem est satietas et adimpletio desideriorum sine quocumque defectu · 6a · quod in ea est securitas et pacis · sine aliquo timore · 7a · quod in illa vita habebitur visio beata clarissima et iocundissima divinitatis · 8a · quod in eadem est delectatio summa · 9a · quod in ea est plenissima sapientia et cognitio absque ignorantia / 10a · / quod ibi est summo honore et gloria · xi · Iocunditas ineffabilis / xii · / quod in eadem vita eterna est laus interminabilis.

47 Mortem continue ante oculos suspectam habere) Sapiens ait · Summa philosophia est assidua mortis meditatio · valet meditatio mortis ad cognitionem humilem sui. Aug. Agnoscat se homo mortalem et franget elationem · et cetera · valet ut homo recte se regat · Sicut aves regunt se cauda volando: et pisces natando · Nauta et si vult navem regere in fine navis se locat: sic sapiens consideratione finis regit se in his que sunt ad suum finem · valet ad vigilationem animi ad mortem · et cetera

48. (Actus vite sue oi hora custodire) Prover. iiij. oi custodia serva cor tu um. Ite. xxviij. Beatus homo qui semper est pavidus. Ecclesiastici 18. homo sapi ens in oibus metuit.

49. (In oi loco deu se respicere et certo scire) Pro. 15. In oi loco oculi Dni. Aplus ad hebre. 4°. oia nuda et aperta sunt oculis eius.

Boetius. Magna nobis e indicta probitatis necessitas: nisi dissimulare ve limus: cu cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis etc.

Amb. sup Beati imaculati. Hominis veteris presente: Dei pris et filij et spiritussancti no vereris presentiam etc.

50. (Cogitationes malas cordi suo advenientes etc.) Gene. iij. ad serpentem ipsa conteret caput tuum. Caput diaboli intelligitur vel superbia, vel prin cipium temptationis, vel peccatum cordis an qz plocutione vel operatione extra exierint etc. Caput serpentis conterendum e. qa principio tempta tionis resistendu e. iuxta illud. Principijs obsta sero medicina paratur cu mala plongas convaluere moras.

Hiero. Lubricus est antiquus serpens et nisi capite teneatur totus statim illabitur. Jesus. Diabolus tamqz superbus et ambiciosus supremam partem nri sz cor obtinere nititur tamqz arce in castro nro etc.

Damasce. Potens e diabolus facere immissiones in nobis: nobis aut est eas suscipere vel no suscipere.

Diversis de causis in corde surgunt. vna ca e corruptio que e ex peccato primoru parentu. illud enim spinas et tribulos germinabit tibi: Gene. 3°. intelligitur et de terra qua calcamus et de terra qua gestamus. In utraqz .n. inutilia vel noxia gratis nascuntur: utilia vero cu labore.

Aliqn. vero surgunt occasione reru visarum vel auditarum vel alio sensu cor poreo perceptarum. aliqn ex concupiscentia nra.

No e repugnandu contra oes sed contra vna que caput est aliarum. Quida de antiquis patribus dixit no sumus eradicatores cogitationum sed levatores. 8. remedia sunt contra cogitationes malas. p° no pmit tere illas exire plocutione vel operationem. 2° boni trasitorij contemptus 3m sensuum exteriorum custodia | 4 | vigilantia. | 5. | utilitas adorandi. 6. meditatio sacre scripture. Abbas euagrius. Mente errante vel mutate soli dat Lectio divina: et vigilie et oratio etc.

.vij. meditatio mortis et pene inferni. 8. Revelare eas sanctis patribus.
.51. senioris spirituali etc.) Abbas serapion dixit: nihil .n. sic allidit virtute
demonum sicut revelare cogitationes immundas beatissimis patribus. etc.
52. (os suum a malo vel pravo eloquio custodire) Difficultatem custodiendi lin
guam primo indicat nobis natura que linguam includit sicut solent in
cludi crudelia animalia et indomita ne noceant. Aug. sup canonicam .q. a3.
.x. Lingua facilitatem habet. Motus enim in humido positus facile in lubri
co labitur. Custodia lingue utilis est valde. Pro. 14. Mors et vita in manibus
lingue. glo. qui inordinate bona vel aperte mala loquitur: confusioni pro
ximum est. etc. Etiam quia in hoc membro homo specialiter pre omnibus creaturis ho
noratus est a deo: valde indecens est ut homo in eum deum offendat in quo
deus maxime honorari debet. Indecentissimum .n. est ut lingua qua deus
oratur laudatur et predicatur peccatorum sordibus sit polluta. Non est .n. speciosa
salus in ore peccatoris.
Pro. 25. sicut urbs patens absque murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquen
do cohibere spiritum suum. glo. si .n. murum silentij non habet: patet ini
mici iaculis civitas mentis.
Jac. iij. siquis in verbo non offendit hic perfectus est vir. potest .n. in freno etc.
Ber. Unus est qui loquitur et tantum unum verbum profert: et tamen in uno momen
to multitudinem audientium dum aures inficit animas interficit.
Lingua .n. que est in gallia nocet et his qui sunt ultra mare. Dum eos infamat etc.
Circa disciplinam lingue septem sunt attendenda: videlicet: quis loquatur: et cui
et de quo: Item quid dicendum: ubi: et quando: et quomodo.
Circa primum. Loqui debet secundum etatem, scientiam, officium, et conditionem. etc.
Sapientes velle docere superbia est: et obstinatos corripere insipientia.
Attendere debet qui loquitur ut sermo eius moribus congruat. Seneca: Vitiosum
est in re severa delicatum inferre sermonem. etc. Non decet et cum de divinis
loquimur ut exemplis vilibus utamur. Reprehensibiles est et contra par
vam negligentiam nimium zelum ostendere. Aliqui querunt ensem ad
muscam occidendam: et securim ad ovum frangendum.
Amb. i. li. De officijs. sapiens ut eloquatur multa prius considerat: quid dicat
cui dicat: quo in loco et tempore. Est autem notandum quod in quinque temporibus.

sup sedendu e. a loquendo. vz. i. qn alter prior loqui cepit. 2. qn id ad quod
inducere volumus animos auditorum preparatos adhuc no ee cosideram
3. ppter multiloquiu vitandu. 4. qn ipsi cui locuturi sumus nondum
apud nosmetipsos congrua loquendi formam invenimus. 5. qn hi
q presentes habent nequaquam tales sunt ad quos verbu debeamus facere.
ut pote qn presentes sunt magne auctoritatis aut sapientie. Eccl. ij.
in medio seniorum ne adjicias loq.
Modus aut loquendi tribus constat: hoc e. q gestu: q sono et qua
significatione qd dicat. Disciplina iubet ut loquentis sit modestus
gestus et humilis: sonus demissus et suavis: significatio verax et dulcis.
Modestia debet habere: ut ne inordinate nec impudice nec turbulente
interloquendo membra moveat: aut transmutatione vultus et c. hu-
milis gestus ee debet: ut apud auditores gratia sermo eius inveniat
Sonus demissus. ne strepitu et immoderata clamositate auditores
suos aut iniuste terreat: aut iniuste offendat. Verax et dulcis. et c.
Hugo. D. S. V. Communitate necesse est ut sermo loquentis dulcedinem
habeat qa sepe et veritas auditori amara efficitur: ut si sine ratione
aut sine dilectione: vel importune vel impie contra eu proferatur. et c.
Eccl. 6. Verbu dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. et c.
Jes. Magis n. proficiunt q habent dulcedinem lingue qz q habent sapi-
entiam magna in corde. et c. sermo debet ee purus a falsitate, pu-
rus a noxietate proximi, et contumelia dei.
Quattuor sunt que multu valent ad custodia lingue. p. ut ori portam
ois barre ponamus. idest declinare illas psonas cum qbus p lingua pec-
care solemus: vel loca illa in qbus habemus occasione peccandi p lingua.
2m. e. ut porta oris raro aperiatur. 3m. e. qp cito claudatur. Sapiens ad
summa pfectionem volo te ee breviloquum rariloquu et submissa
voce loquente. et c. Jac. 1. sit ois homo tardus ad loquendu velox ad au-
diendu. seneca: Tardiloquu te ee iubeo et prope erit tibi deus. Idem.
Aure frequentius qz lingua accomoda. et c. 4m. ut porta oris claves
habeat. prima servatur in archa cordis. secunda in manu prelati, 3a
in manu dei, De q. Hier. prius veniat sermo ad lima: qz ad lingua. et c.

Eccle. 21. Verba prudentium statera ponderabuntur. Idem. In ore fatuorum
cor illorum: et in corde sapientium os illorum. Circa 2am: qui enim nesciente
aut nolente prelato ad loquendum portam oris aperit postquam ei clavem
tradidit: fractor templi spiritualis esse videtur: et quasi fur, faciendo cla
vem contra clavem. Circa 3am. que in manu dei dicitur esse. Debbet
religiosus antequam loquatur ad deum orationem premittere dicens Domine
labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam. etc.
53. (Multum loqui non amare) Interrogatus philosophus quomodo hominibus posset
placere respondit. Si gesseris optima et locutus fueris pauca.
Eccl. 9. Terribilis est in civitate sua homo linguosus: et temerarius in verbo suo odi
54. bilis erit. Job. XI. Numquid vir verbosus iustificabitur. (verba vana etc.)
55. (Risum multum aut excussum non amare) Hic non prohibetur risus moderatus
tum quia homo naturaliter est risibilis, tum quia religiosus debet esse vultu se
renus: non turbulentus vel indignabundus. etc.
Luctus in hac valle lachrymarum debet esse nobis frequens et multus: ri
sus vero rarus et modicus. Risus enim habet maledictionem. Lu. 6. ve nobis etc.
Luctus habet benedictionem. Math. 5. Beati qui lugent etc.
Hier. ad heliodorum. Non est transitus de divitijs ad delitias, longus risus per
petuo compensandus est fletu. Delicatus es si vis hic gaudere in seculo
et postea regnare cum Christo.
Basilius in esameron: Iocus sive risus remissam efficit animam sive negligentem
erga dei precepta: nec delicta sua potest ad memoriam revocare: sed oblivi
scitur nec se instigat ad penitentiam: et ita paulatim omnibus bonis privatur.
Criso. super math. nullum habebit accessum compunctionis gemitus ubi fuerit
immoderatus risus ac iocus.
Eccl. 21. fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacite ridebit.
56. (Lectiones sanctas libenter audire) Lectio sancta est quasi calefactorium
humanarum mentium. Greg. Stude quaeso: et quotidie verba creatoris tui
meditare ut mens tua ad celestia gaudia maioribus desiderijs accen
datur. Idem. Scriptura narrat gesta sanctorum et ad imitationem provocat cor
da infirmorum etc. Idem. Scriptura sancta oculis mentis quasi speculum quoddam op
ponitur et interior nostra facies in ipsa videtur. Ibi feda nostra et pulchra nostra

cognoscimus: ibi sentimus quantú proficimus: et a profectu quantú longe di
stamus. Hiero. Ama sacras lectiones et carnis delitias non amabis.
57. (orationi frequenter incumbere) Aug: oratione solvunt dubia melius q̄
inquisitione. Item. oratio deú lenit lachrymas cogit: hęc mitigat illa
pungit. Ité. Dei sententia sanctorú precibus frangit. et c. Ité. Ieiunio sa
nant vestes corporis: oratione vestes mentis.
Eccl. 18. fili in tua infirmitate ne despicias te ipsú: sed ora deú et ipse
curabit te.
Glo. s. li. numeri: Plus valet unus sanctus orando q̄ innumeri pecca
tores preliando.
Euso. s. Marti. Sicut thimiama bene confectú delectat hominé odorantem
sic oratio iusti suavis est aṗ deú. et c.
58. (Mala sua preterita cú lachrymis. et c.) Euso. in sermone de penitentia:
O. penitentia quę deo miserante peccata relaxas: paradisum reseras:
contritú sanas: tristé exhilaras: vitá de interitu revocas: statú restau
ras: honoré renovas: fiduciá reformas: et gratiá abundantiorem re
cuperas. Aug. in li. de pę. Recte penitens quicquid post purificationé
contraxit sordiú opꝫ ut abluat saltem lachrimis mentis. et c.
Ber. in ser. de pę. Verus penitens sempꝫ é. in labore et dolore: dolet
de preteritis: laborat de futuris cavendis.
Aug. Vis orationé volare ad celú: fac ei duas alas ieiuniú et elemosynã.
59. (Desideria carnis nó ꝑficere.) Aplus. ad Rom. qui post concupiscen
tias carnis eunt et carnis voluptatibꝰ delectant deo placere nó possút.
60. Voluntatem propriam odire) Ber. in s. de lepra. Voluntaté dico propriá
quę nó é. cum deo et hominibꝰ: sed nra tantú: qñ quod volumus non
ad honoré dei: nó ad utilitaté fratrú: sed ꝓpter nos ipsos facimus non
intendentes placere deo et ꝓdesse fratribꝰ: sꝫ satisfacere propriis motibus
animorꝫ. et c. Hier. Tm̄ virtuti adiicies q̄tú ꝓprię voluntati subtraxeris.
Eusebius in epla: Illum diem tm̄ te bene vixisse puta in quo voluntatem
propriam abnegasti et desideriis tuis restitisti, et c. De eadem. Ber.
Nuq̄ quiescere nuq̄ sub ea pausare licet: q̄ te amplius ad obediendú sibi noverit
ferrigari eo amplius urget: q̄ magis instigat: eo gravius onerat taq̄ crudelis
absq pietate et sine mia.

.61. (preceptis abbatis in oib[s] obedire etc.) Aptus ad collo. iii. filij obedite etc.
Glo. placet deo si per oia obeditis: ita tn̄ si in dn̄o obeditis.
Notandū e. q̄ sicut actiones naturales procedunt ex potentijs natu/
ralib[s]: ita et operationes humane procedunt ex humana voluntate.
oportuit aūt in reb[s] naturalib[s] ut superiora mouerent inferiora ad
suas actiones per excellentiam naturalis uirtutis collate diuinitus
vn̄ et oportet in reb[s] humanis q̄ superiores moueant inferiores per
suā uoluntatē ex ui auctoritatis diuinitus ordinate. Mouere aūt
per rationē et uoluntatē e. precipere. Et ideo sicut ex ipso ordi/
ne naturali diuinitus instituto inferiora in reb[s] naturalib[s] neces/
se habent subdi motioni superiorum: ita et in reb[s] humanis ex or/
dine iuris naturalis et diuinis tenent[ur] inferiores suis superio/
ribus obedire. Quare dicit Aptus. ad. heb. xi. obedite prelatis uris etc.
Aug. Verus obediens mandatum nō procrastinat sed parat aures
auditui: linguā uoci: manus operi: pedes itineri: et sic totum
intra se colligit ut mandatū peragat imperantis.
e.iiii.v. Idem. obedientia n[isi] humiliū ee nō pōt. Cū humilitas sit sensus pprie
uacuitatis: humilis habet uū sensum alienū recipiat tamq̄ q uacu/
us e. a suo. superbus prius exibit de sensu suo q̄ recipiat alienū etc.
Libus inquo nimis e. de sale quasi perditus est. et c.
Ber. Lepra proprij consilij eo pniciosior quo oculta: et q̄to plus a/
bundat in homine tanto sibi sanior ee uidet[ur]. Hec illorū e. q zelū
dei habent sed nō scdm scientiam et c.
Deus uult sensū et uoluntatē hominis. Ber. Grande malū propria
uoluntas: qua fit ut bona tua bona nō sint. Ite: Nō sapit deo ie/
iunium tuum quod nō obedientiā sapit sed uitium uoluntatis etc.
Tho. in. 2a. 2e. q. ciij. ar. v. Triplex distinguit[ur] obedientia. Quedā
indiscreta: quedā imperfecta sed sufficiens ad salutē: quedā autē
pfecta. Indiscreta aūt e. qn aliqs obedit in illis que diuine legis re/
gule contrariant[ur] quā oportet inuiolabilitē obseruari: uel et que con/
trariant[ur] regule quā professus e. in his dūtaxat que dispensationi p/
lati nō subdunt[ur]. et ad hanc obedientiā nullus tenet[ur]: immo qlibet
tenet[ur] eam nō obedire. etc.

Greg. Nullus unq̃ꝫ ꝑ obedientiam malũ facere debet.
Sed qd si ex mandato abbatis tenet^r seq peccatũ aliquod aut scãdalũ? supsedendũ videt^r ab obedientia. Et notificandũ ẽẽ hoc precipienti. Ita presumendũ ẽ. q̃ ubi p̃lato precipienti nota fuisset talia inconvenientia seq ex mandatis eius: nũq̃ꝫ talia fieri precepisset.
Imperfecta aũt obedientia sed sufficiens ad salutẽ obedientiã profitentib^s ẽ illa qua aliqs obedit in his q̃ servare promisit: et nõ in alijs. Vñ Ber. in li. de precepto et dispẽsatione. Nihil ipse prelatus ꝓhibeat hoꝝ que ꝓmisi: nec plus exigat q̃ꝫ ꝓmisi. Novit. tñ. subditus huiusmodi obedientiã que voti finibus cohibet^r imperfectã. et c.
Idem. Perfecta aũt obedientia legem nescit: terminis non artatur non continet^r ꝓfessionis angustijs: largiori voluntate fert^r in latitudinem charitatis: et ad õe quod iniungit^r spontaneo vigore liberalis alacrisqꝫ animi modum non considerans: in infinitam libertatẽ extenditur. Ad hanc aũt obedientiã nullus tenet^r ex debito necessitatis sed solũ ex honestate quadã: sicut tenemur semp emulari carismata meliora.
Tho. ad regulã pertinet aliqd dupliciter: vel directe vel indirecte: Directe sicut ea que in statutis regule continet^r. Indirecte sicut ea q̃ ptinent ad ingiuncta obsequia: sine q̃b^s status religionis servare nõ pot vel ẽt que pertinent ad penã transgressoꝝ ẽt si de eis nulla specialis mentio in regula fiat. et c. (etiam si ipse aliter qd absit agat et c.
Crisostomus. In glo. Sicut aurum de terra eligit^r et terra relinquitur sic et auditores doctrinã accipiant et mores relinquant: frequẽter .n. et de homine malo bona doctrina procedit.
62. Non velle dici sanctũ anq̃ꝫ sit: sed prius ẽẽ ut verius dicat^r) Aug. Qui boni sunt virtute boni sunt: virtus aũt nõ appetit quod ẽ in hominũ alioꝝ potestate. et c. Qui .g. imitat^r bonos nullius hominis appetit laudẽ. qui malus ẽ. nõ est dignus laude. et c.
63. Precepta dei factis quotidie adimplere.) Hier. q̃toqꝫ potentiores sunt Domini: tanto servi ad obedientiã promiores ẽẽ debent. et c.
Idẽ. in ep̃la ad celantiã: quid .n. ẽq̃ꝫ tã superbũ: qd .ũ. tã ingratũ videri pot q̃ꝫ adversus ei^s vivere voluntatem a quo ipsum vivere accepit? et c.

propter · precipientis dignitaté, rigorositaté, et dilectioné, et ꝑpter mandatorũ facilitaté · De · 2° · Deutero · 28 · Si audire nolueris uocé Domini dei tui ut custodias mandata ei⁹, maledictus eris in ciuitate maledictus in agro · et c · De 3° · Jo · 14 · Si qs diligit me sermones meos seruabit · De · 4° · Deutero · 30 · Mandatũ quod ego precipio tibi hodie nõ ẽ supra te · Jté · Matthe · xi · Jugũ · n · meũ et c · Jté · Jo · q° · v · Mandata ei⁹ grauia nõ sunt · Aug · Labores amantium non sunt difficiles: Jté · oẽ preceptũ dei leue ẽ amanti · Jté Criso · Quanto leuiora sunt precepta tanto maius suppliciũ his q nõ obediunt · et c · Ecclesi · 23 · Nihil dulcius q̃ respicere in mandatis dñi · Jdẽ · viii · q custodit mãdata nõ experietur quicq̃ mali · Et Matth · 19 · si vis ad vitã ingredi serua

64 · mandata · (Castitatem amare) Ber · Quid castitate decori⁹ quę mundũ de inmundo conceptũ semine: de hoste domesticũ: angelum de homine facit? Differunt qdẽ inter se homo pudicus et angelus: sed felicitate non uirtute ·

Jsidorus · Continentia hõiez deo proximũ facit: ubi ista manserit ibi et Deus manet ·

Hier · Difficile inter epulas seruatur pudicitia · Jté Ber · Periclitatur castitas in delitijs ·

Alanus: unguentũ ẽ castitas in qua spẽs quasi aromatice sunt: puritas mentis: mundicia corporis: modestia in gestu: pudicitia in habitu: abstinentia in cibo: uerecundia in uerbo ·

Ber · Memento q asperior cardo pomum facit leniorem: sic asper habitus carnem facit castiorem ·

Hier · feminaꝝ cũ clericis nullo pacto committitur conuersatio · Janua diaboli: uia iniquitatis: scorpionis ꝑcussio: nociuũq genus ẽ femina: cũ proximat stipule incendit ignem: flãmigero igne ꝑurit femina: conscientiã ꝑurit habitantis: exurit q fondamenta montium et c ·

64 · Nullum odire) Glo · frater tuus imago dei ẽ: si non diligit imaginem nec eum diligit cuius ẽ imago ·

Aug · Quid tã cõtrariũ tã execrabile ẽ deo q̃ aliquẽ odisse uel ledere?

Jsidorus: Odiũ a regno dei separat: a celo subtrahit: a paradiso eijcit ·

65. Odium nec passionē amittit[ur] nec martyrio expiatur. (Zelū et invidiā non habere) Sapi. ij. Invidia diaboli mors intravit in orbē terrarum.
Aug. in li. de disciplina christiana: Vitiū diabolicū ē. invidia quo solum reus ē: et inexpiabiliter reus. Jesus: superbia est mater invidię: superbia invidos facit: suffoca matrē et non erit filia.
Propter invidiam nō pepercit diabolus parentib[us] nr̄is: nec Cayn Abel: nō pepercerunt filij Jacob Joseph: nec Saul david: nec Iudei Chr[ist]o: et c[etera].
Greg. Mens invidi cū de alieno bono affligit[ur] de radio lucis obcecatur.
Exemplū: Legit[ur] de quodā rege q[ui] avaro et invido vocatis dixit eis petat quilibet vestrū quod voluerit et petat alter primo et habebit q[uo]d petet: et alius q[ui] s[e]c[un]do loco petet habebit duplū. Noluit primo petere avarus ut posset duplū habere. Noluit et invidus aliq[ui]d q[uo]d esset bonū petere: ne avarus cui invidebat duplicatū bonū reciperet: sed petiuit ut sibi erueret[ur] unus oculus ut postmodū avaro eruerent[ur] duo.
Iiso. Invidia cuncta bona ardore pestifero devorat: Invidia tinea animi sensū comedit: pectus urit: mentē affligit: cor hominis quasi quadā peste depascit:
Aug. Tolle invidiā et tuū ē. quod ago: et meū ē. quod agis. Idem. pensare quantū bonū sit charitas quę aliena bona sine labore nr̄o facit nr̄a. Greg. q[ui] faucib[us] invidię carere desiderat: illā hereditatē appetat quā numerus possidentium nō angustat. Ite[rum]: vir Iustus p[ro] hoc q[uod] terrenis nihil appetit: alienis profectib[us] invidere nescit.

66. Contentiones non amare) Pro. 23. cui rixe: et c[etera]. nōne his q[ui] morant[ur] in vino et student in calicib[us] epotandis &c.
Seneca: Litigare muliebre ē. Aug. Nihil ē. similius actib[us] demonū q[uam] litigare.
Ap[osto]lus: Servum dei nō oportet litigare: sed mansuetū esse ad omnes.
Orige. Nec .n. accepta possunt eē bona opa: n[is]i in pace p[er]agantur. etc.
Seneca: quietissime viverent homines si tollerent[ur] ista dua p[ro]nomina meū et tuū.
Prover. 13. inter superbos semp[er] iurgia sunt. et c[etera]. Gravius ē. religioso litigare et contendere cū extraneo q[uam] cū fratre p[ro]pter scandalū maius. Et stultius ē. litigare cū hoīe tacendo q[uam] cū hoīe reāgllo: Et damnosius cū maiorib[us] q[uam] cū minorib[us]. etc.

67. Elationé et iactantiá fugere) Policarpo. li. 2°. Arescunt rivoli si fontis ve/
na precinditur: nec rami convalescunt radice succisa: Deficiunt vitia si
elatio iugulatur.

68. Seniores venerari) Dñs in Levi. 19. Coram cano capite consurge: et ho/
nora personá senis. Senes aut in hoc loco appellantur oés superiores statu:
gradu: officio: dignitate: ordine: meritis et sanctitate.

69. Iuniores diligere) Seniores minores diligere debent queadmodú patres
filios providentia pietatis nutriendo parvulos: doctrina veritatis eru/
diendo ignaros: exemplo sanctitatis dirigendo devios: ubere consolatio/
nis roborando infirmos: virga correctionis corrigendo inquietos: stimulo
exhortationis incitando pigros. et c.

Apostolus ad Thimo. 5. Senioré ne increpaveris sed obsecra ut patrem.
Hugo. de s. v. Discretio personarum quantum qdé ad dilectionem sm meritum
quantum v° ad venerationem sm etatem vel officium habenda est.

70. In Christi amore pro inimicis orare) Math. 5. Diligite inimicos vestros.
Luce. 6. orate pro persequentibus et calumniantibus vos. benefacite eis quos. et c.
Apostolus. ad Ro. 12. Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite male/
dicere. Prover. 25. si esurierit inimicus tuus ciba illú. Exo. 23. Si vide/
ris asinú odientis te iacere sub onere nó pertransibis sed sublevabis eum.
Levi. 19. Non queres ultioné et non eris memor iniurie civium tuorum
Apostolus. nolé vinci a malo sed vince in bono malum. et c.
Glo. sup. Math. 5. Benefacere inimicis é. vinculo perfectionis.

71. Cum discordantibus aň solis occasú in pacem redire) psalm. pax super isra/
el. Glo. uno verbo óia bona dicit. Math. Beati pacifici qm filij dei vocabuntur
Gre. in pasto. Si vocantur filij dei q pacem faciunt: procul dubio sathane sunt qui eó
